1436

Noverint universi quod Ego Johannes pera boterius civis barchinone, procurator ad infrascripta et alia peragen/
da legittime constitutus a domina Nathala uxore mea, filiaque Jacobi bruguer quondam parrochie sancti laurencii sa/
uall diocesis vicensis et domine bartholomeue bivencis que fuit uxor eiusdem, prout de dicta mea procuratione ple/
ne constat instrumento publico inde acto in posse discreti Nicholai de fontecanute regia notarii publici barchinone
Tercia die Novembris, anno a Nativitate domini, Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo quarto, ex certa sciencia no/
mine procuratorio ante dicto confiteor et recognosco vobis Michaeli bruguer blanquerio habitatori barchine
filio dictorum Jacobi bruguer quondam et bartholomeue bivencis que fuit uxor eiusdem, ac heredi universali dicti patris vestri
quod his presentibus quod vos et districtu curie solvistis michi dicto nomine recipienti, voluntati mee omnes illas decem libras bar/
chinon, quas dictus Jacobus bruguer quondam pater vester dicte principali mee dimisit in eius ultimo testamento. Et ideo
Renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie, et dolo malo, et accioni in factum et omni alii iuri, racio/
ni et consuetudini his obviantibus, Salva vobis, et vestris cessione infrascripta facio vobis de predictis decem libris
[illegible] de soluto ac bonum et perpetuum finem, et pactum de ulterius non petendo. Et quia ante
presentem apocham [illegible] solutionem, et in eius actu, actum fuit, et conventum inter me, et vos ut vobis cessionem facerem et
huiusmodi solutionem et [illegible] dicte principalis mee obligacione de [illegible] et man/
firmarem infrascriptam, Ideirco sine tamen evictione ac bonis [illegible] et dicte principalis mee obligatione [illegible] et
do vobis, et vestris, ac quibus velitis [illegible] omnia iura, et omnes acciones, reales, et personales, ac alias quascumque
dicte principali mee competencia et competentes ac competere debentia et debentes adversus, et contra dominam bar/
tholomeuam uxorem petri ferrer fabri dicte parrochie sancti laurencii savall sororem dicte principalis mee et vestri
ex utroque parente, tenentem, et possidentem hereditatem, ac bona que fuerunt dicti Jacobi bruguer quondam patris vestri et
et ipsius certis iustis racionibus sive causis, et eius bona, et contra quascumque alias personas, que ad hec tenentur et
in quibuscumque bonis et rebus pretextu, seu occasione predictarum decem librarum quas vos michi [illegible] pertangitur pro solu/
tarum. Quibus iuribus, et accionibus possitis vos et vestri, ac quos volueritis, uti et experiri, agendo videlicet respon/
dendo, deffendendo, excipiendo, ponendo, et replicando, et dictas decem libras quas vos michi ut pertangitur per solutas
petendo exigendo recipiendo recuperando et habendo. Et de eis apochas, fines, absoluciones, et diffiniciones, ac cau/
tamenti in personis et bonis faciendo, seu fieri faciendo, et eas si vobis visum fuerit cancellando et annullando sive
cessiones faciendo, et firmando, reclamacionem et execuciones, ac quascumque compulsiones, districtus, forcias, et enan/
cancellari et annullari faciendo et [illegible] consentiendo et omnia alia faciendo in iudicio, et extra quecumque
et quemadmodum dicta principalis mea poterat ante huiusmodi recognicionem, et presentem cessionem, et pos/
set nunc ac etiam postea quandocumque. Ego enim dicto nomine ponendo vos, et vestros in hiis in locum et ius dicte
principalis mee, facio et constituo vos, et vestros in his dominos, et procuratores in rem vestram propriam ad facien/
dum de predictis vestre libitum voluntatis, dicens, notifficans et mandans tenore presentis publici instrumenti vicem
quo ad hec epistole in se gerentis dicte domine bartholomeue uxori dicti petri ferrer et aliis etiam personis que ad hec tene/
antur quibus cum hoc eodem presentem notiffico [illegible] recognicionem et cessionem facio vobis et vestris, aut qui/
bus volueritis loco vestri respondeant et satisfaciant et vos et vestri et quos volueritis possitis ipsas et quamlibet
ipsarum compellere distringere et forciare modis omnibus et compulsionibus quibus dicta principalis mea posset in sine co/
nemo et promitto vobis necnon notario infrascripto tamquam publice persone pro vobis et pro aliis etiam personis
omnibus quarum interest stipulanti quod huiusmodi recognicionem et iurium cessionem ac omnia alia et singula
supradicta semper rata grata et firma dicta principalis mea habebit, tenebit, et observabit, et in nullo [illegible] contra
faciet vel veniet aliquo iure causa vel etiam racione. Actum est hoc barchinone decimaquarta die Julii anno a Nativitate domini Mil/
lesimo Quadringentesimo, Tricesimo sexto. Signum Johannis pera predicti Qui dicto nomine hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt petrus figuera ballistarius, Jacobus torres assahonator pellium et bernardus gali blanque/
rius cives barchinone.

Signum Guillermi andree iunioris auctoritate regia notarii publici barchinone. Qui hec scribi fecit et clausit
Cum lris suppositis in linea xxxvii ubi dicitur, recognicionem et iurium cessionem quam de predictis decem libris
[illegible] et in quibus vobis.